

W d  
989





*f. 69*





n. 69, 20



PACATAE  
P A T R I A E  
DECORA,  
ET  
ROBORA:





SE

S

F

IV

PAGATAE  
PATRIAE  
DECORA





SERENISSIMAE DOMVS SAXONI-  
CAE FRIDENSTEINIAE

DESIDERATISSIMA PIGNORA,  
SVB NATALEM AVSPICATISSIMVM

SERENISSIMI PRINCIPIS,  
ET DOMINI,

**FRIDERICI,**  
DVCIS SAXONIAE,

IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGRIAE, ET WESTPHALIAE,

LANDGRAVII THVRINGIAE,

MARCHIONIS MISNIAE,

PRINCIPIS COMITIS HENNEBERGAE,

COMITIS MARCAE, ET RAVENSBERGAE,

DYNASTAE RAVENSTEINII,

ET TONNAE,

PRINCIPIS, ET DOMINI  
NOSTRI CLEMENTISSIMI,

) ( 2

non



non in natali tantum solo, & sede patria  
laetissime efflorescentia,  
indolis nascendi fastigio dignae documentis illustribus,  
progressibus in pacis, bellicae artium curriculo admirandis,  
studiorumque fortunae ipsorum aptorum successibus  
felicissimis,  
omnique laude, quae in iuuentutis principes cadere potest;  
sed partim peregre virtutis maturitatem aetate maiorem  
ostendentia sine ostentatione,  
atque ita inter exteros, in principum, et regum aulis,  
circumferentia, ut prae se ferre velle non videantur:  
intenta prorsus spectandae virtuti alienae ad aemulandum,  
dum non desunt, qui spectant, suspiciuntque virtutem ipsorum,  
quotquot nimirum passim reperiuntur idonei eiusdem ae-  
stimatores,  
veri decoris, laudisque principalis arbitri cordati,  
fautoresque publicae salutis, et spei patriae,  
quae suspensa est ab aetatis maturitate *PRINCIPVM* tantae di-  
gnationis:  
vbicumque nunc sunt, cogitatione, et religiosa contemplatione  
diuini muneris, quod tribuit *NVMEN* propitium his terris,  
quibus opus fuit opportunus temporibus nostris  
*PATRIAE PATER,*  
*PRINCEPS PIVS, PROVIDVS, FELIX:*  
*SERENISSIMAE DOMVS SAXONICAE VNIVERSAE,*  
dum, nouum lumen, et columen ei contingere,  
in fati erat benignioribus:  
libertati, et religioni,  
cui tuendae, et muniendae dandus erat,  
qui *PRVDENTIA, ET VIRTUTE* plus proficeret,  
quam alii potentia:  
qui ita intercederet publicae inclinationi,  
ut tempestiue occurrere mallet, et rectora suadere,  
quam obnitendo temere, et male sanando vulnera asperare:  
dum



dum dedit, nascique iussit VIII. AVGVSTI CIO IOC LXXVI.  
optatissimum salutis publicae custodem principem,  
cum omnibus bonis, piisque ciuibus, quibus illa cordi est,  
mirifice exhilarata, et reuocata a moerore, et luctu acerbissimo,  
quam vere incipiente accenderat ploranda clades,  
illata *SERENISSIMAE DOMVI SAXONICAE FRIDEN-*

*STEINIAE*  
aeque, ac *ANHALTINAE SERVESTANAE*,  
ex quo flebile funus fuit, quae desideratissima auia fuerat,  
*SERENISSIMA SOPHIA SAXONICA*,

de vtraque domo optime merita,  
non immerito votis adiuuantur publicis,  
ac, vt rite, et tempestiue *IVBILA* interstrepant *NVBILA*,  
solenni, et religioso gaudendi, et precandi ritu,  
vt faueat muneri suo propitius terris, temporibusque no-

stris *DEVS*:  
prohibeat flebiles casus a dilecta sibi *DOMO FRI-*  
*DENSTEINIA*;

nec vitiiis nostris iniquus, et iuste infensus  
stantem tam cito prouat columnnam:  
si non meremur ipsi, parcat, indulgeatque posteris,  
et innocuo iuuentutis gregi;  
doceatque male merentes resipiscere, et mereri meliora:  
concedat sollicitae de salute *PRINCIPIS* sui patriae  
diuturnum hoc dulce decus, et praesidium,

et, qui id futuri sunt impofterum,  
plenam vt virtutis, et sapientiae, ita aetatis maturitatem,  
nec patiatur irritas esse spes, et vota piorum ciuium,  
quibus iteranda toties poscuntur *DOMINICI NATALIS*  
solennia,  
quoties illa sunt celebrata.

Nec temere coniunctis studiis, precibusque optatur,  
vt *PRINCIPIS* tam boni, tam religiosi, tam temporibus com-

modi

) 3

lon.



longa sit inter mortales mora,  
interfitque IPSE natis natorum, et qui nascentur ab ipsis:  
qui lucere possit viuendi, et regendi exemplo,  
et praelucere seris posteris, suis, ciuium, exterorum.  
Pietatis huius publice testificandae,  
bonisque omnibus coram panegyri prosequendi **NATALEM**  
**DOMINICVM** praecipuum:  
a quo **CLIMACTERICVS** magnus,  
et, quod **DEVS T. O. M.** clementissime tribuat,  
ab integro annorum vitae ordo  
auspicatissime nascitur, felicissime procedit;  
nec, si digni fuerint posteris, et capax amplius terra diuini  
muneris,  
finiendus procul ante seculi finem:  
partes sibi imponi passi sunt,  
**ILLVSTRIS GYMNASII GOTHANI** nomine,  
tres eius alumni, ingenii, studiorumque progressibus florentes,  
**IOANNES IEREMIAS KEIN, GOTHANVS,**  
**IVSTVS CHRISTIANVS HOCKER, SONNEBORNENSIS,**  
**HENRICVS ERNESTVS NICOLAI, GOTHANVS,**  
ostenfurique sunt publicis sermonibus,  
*primus Latino, postremus Gallico,*  
*medius carmine Teutonico,*  
ad scholasticorum etiam iuuenum gregem pertinere  
regnantium fata prospera, aduersaue,  
nec temere suos, vt populi futuri,  
affectus moueri fortius,  
atque pro imperantium sibi, seque nutrientium fortunae,  
casuumque vicissitudine  
spem, metumque accendi, et incuti vehementius;  
praesentium autem temporum pericula recte prouocare  
vota impensiora, et religiosiora pro patriae salute,  
pro **SERENISSIMARVM DOMVM,**  
vnde lumina, columina, et propugnacula praesentis felicitatis  
optan-



optantur, speranturque pro posteris,  
perpetua incolumitate, incrementis, successibus.  
Laetandum nunc, et gratulandum piis ciuibus eo magis,  
quo paullo ante acerbior casus feralis acciderat  
*SERENISSIMAE DOMVI SAXONICAE, ET ANHALTINAE,*  
quod illucescente opportune NATALI DOMINICO  
auspicatissime  
publicus luctus mitigetur.

Atque adeo recte reuocari animos a moerore  
ad publica gaudia, & vota pro publica salute,  
pro *PRINCIPE, et PATRIAE PATRE* tam bene merente  
de Germaniae libertate, vigilando, et consulendo:  
de re litteraria, et euangelica, ornando, et amplificando:  
de *SERENISSIMA DOMO SVA*, custodiendo,  
et prouidentissime eandem prohibendo a corruptelis:  
petendoque eidem decora, et robora ex *DOMO* conueniente;  
ac ideo beatissimorum maiorum exemplo  
ineundo auspicatissime connubio, et affinitate  
cum *SERENISSIMA DOMO ANHALTINA*,  
vt sicut ex eadem *BEATISSIMVS PROAVVS*,  
praeter meliorum temporum auspicem, ducemque,  
*PIVM ERNESTVM*,

laboranti Germaniae, bellicae certaminibus misere laceratae  
dederat strenuos profligatae pene libertatis vindices,  
heroas antiquae virtutis, et fidei,  
non detrectantes perire, ne periret patria,  
et huic seruiendo gloriose consumi,  
seruandisque ciuibus immori:

ita ex *SERENISSIMA MAGDALENA AVGVSTA*  
*ANHALTINA*  
*PACATAE PATRIAE* contingant *ROBORA, ET DECORA.*  
Talia esse *SERENISSIMAE DOMVS FRIDENSTEINIAE*  
iuuentutis principes,

cum



2271d 989

cum adulatorum satis probauerint per Europam vulgata  
specimina illustria,  
spes exploratas de reliquis recte concipi,  
et religiosis votis, bonisque ominibus prosequendas  
piis ciuibus commendari.

Quod dum facient pro viribus laudati alumni,  
vt pietati eorum faueant, et ad dicendum eos excitent  
frequentia,

*ILLVSTRIS GYMNASII GOTHANI*  
*PATRONI, ET FAVTORES,*

idque perendie, ipsa *NATALI DOMINICA* luce,  
paullo post sacra publica  
in auditorio *CLASSIS I.*

submississime, et obseruantissime rogantur

a

*RECTORE,*

**GOTHOFREDO VOCKERODT.**

P. P. CID IDCC XXIV. AVGVSTI VI.  
GOTHAE LITERIS REYHERIANIS.



Faint, mirrored text from the reverse side of the page is visible through the paper, including the name 'GOTHOFREDO VOCKERODT' and other illegible words.

110





algata

las

tent

nce,

DT.

*Pow. Wl. 90, 1.01*

*VD18*

ULB Halle

008 252 785


3











PACATAE  
P A T R I A E  
DECORA,  
ET  
ROBORA:

